Genitalia vero respicientes item multa memorabilia animadvertimus. Inter convulsiones orificium matricis non modo ad tres partes digiti vel ad totum digitum extenditur, sed etiam magis turgescit et mollius est quam idem in ordinariis casibus esse solet; quae res nos fere certos facit, incipientem illum praecordii dolorem nihil esse nisi dolorem vicarium, metaschematismum dolorum ad partum praeparantium in stomachum. Digitis in orificio uteri retentis eodem temporis puncto ubi dolores ad partum exoriuntur puerpera surgitur, inquiescit et balbutie atque ejaculatione dolorem in matrice annuntiat. Puerpera nunc eo loco, ubi revera est, dolorem sentit. Neque dubitandum est, quin contractio matricis id sola efficit, ut puerpera ex arctissimo sopore excitatur surgatur et manus porrigat. Exploratione continuata externae convulsiones non prius sentiuntur quam internus dolor ad partum fere finitus est. Quod dolor ad partum normalis desistit et convulsiones incipiunt id eodem tempore congruens aestimandum est. Inter exortas convulsiones matrix aut quieta remanet, aut operatur vi immutata aut in sphaeram convulsionum trahitur, ut dolor ad partum primo normalis in contractiones spasticas aut etiam in universum tetanum transgrediatur, qui verus tetanus matricis infantis vitam in gravissimum adfert periculum. Hic confirmatur, quod ab Hippocratis temporibus autores satis cognoverunt, morbos magnis doloribus adsociatos saepissime convulsiones adferre. Itaque Fridericus Hoffmann (Diss. de specificis antispasmodicis) inde est inquit: „quod plerique ex morbis quibus dolor jungitur saepe in convulsiones et epilepsiam commutentur." Et Miquel, vir celeberrimus, pergit: „et la théorie est ici d'accord avec l'observation, car si les nerfs sont le siége essentiel de la douleur et si les muscles ne peuvent se contracter que sous l'influence des nerfs, on voit aisément le rapport de la cause à l'effet, et l'on ne peut être surpris d'un phénomène dont il est si facile de rendre raison."

Ad hunc morbum cognoscendum paucae res impediant. Tamen id praecipue dignum esse putatum est, quod observetur, qua ratione aegritudo exoriatur

et ad finem perveniat, ut diagnosis recta efficiatur. Namque alia invenitur tetani forma, quae eclampsiae est simillima. Haec est epilepsia.

Discrimen inter utramque morbi formam est quod rationem obstetriciam attinet maximi momenti, quoniam ea qua epilepsia parturitionem afficit, ratio secundum priorem experientiam nullius esse momenti habenda est, et quo modo istud malum curandum sit in rebus obstetriciis non est dicendum. Tantum in gravioribus casibus aut iterata accessione opus est, ut partus arte finiatur.

Encysin et puerperium epilepsia quodammodo afficit, facile morbosas turbationes eorum statuum adducens. Ceterum nemo ignorat, mulieres epilepticas cum initio encysis ab accessionibus epilepsiae liberatas esse neque epilepsiam intra partum et puerperium regredi. Sic enim in nullo eorum enumerabilium casuum, quos Dr. Johns observavit, accessiones epilepticae intra partum aut statim postea exorsae sunt, et quamquam in quadam muliere aliquot diebus post partum accessiones epilepticae adparuerunt, eae tamen nulla cura adhibita sponte defecerunt. Immo in uno quem cel. Johns refert casu eclampsia certo exoriri debebat, si aliquod inter istum morbum et epilepsiam vinculum exsisteret. Primipara enim brevis staturae a prima aetate epilepsia affecta, nulla convulsionum vestigia in graviori et longinquo partu ostendit, potius hospitio in bona valetudine exiit.

Idem expertus est Dr. Bluff (v. Siebold's Journal für Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankheiten, Vol. XV., pag. 99. Leipzig, 1835), quod sic refert: „Dagegen ist das Uebel um so sicherer nicht mit der Epilepsie selbst identisch, da ich eine an Epilepsie leidende Frau kenne, die in keiner ihrer sechsmaligen Schwangerschaften oder Entbindungen von Eclampsie befallen wurde, vielmehr während dieser Zeit auch von ihren epileptischen Anfällen ganz frei blieb. Es sind überhaupt mehr plethorische und dennoch nervenschwache Subjecte, die leichte Zuckungen in der Schwangerschaft und während der Entbindung erleiden, von denen es oft nur ein Schritt zur Eclampsie ist. So kenne ich eine Frau, die als Mädchen durch den Geruch einer Citrone ohnmächtig werden konnte, und während der ganzen ersten Schwangerschaft einzelne Zuckungen bald im Gesichte, bald in einer oberen, bald in einer unteren Extremität hatte.“ Idem confirmat Dr. Burger Bambergensis (Busch's, d'Outrepont's und Ritgen's neue Zeitschrift für Geburtskunde Vol. IV., pag. 135. Berl., 1836): „Ehe ich diesen Abschnitt

über Convulsionen schliesse, scheint es mir nicht uninteressant zu sein, auf einen Umstand aufmerksam zu machen, der mir in der jüngsten Zeit besonders auffiel; es ist dies das Verhältniss dieser Eclampsie der Gebärenden zu der Epilepsie. Obgleich man nach dem äusseren Scheine schliessen sollte, dass beide Krankheiten sich in ihrem Wesen ganz nahe berühren müssten, so scheint doch im Gegentheile gerade eine wesentliche Verschiedenheit zwischen beiden zu bestehen und kein Verwandtschaftsverhältniss unter denselben stattzufinden. Dies bestätigte sich mir erst jüngst in der Erfahrung."

„Eine Erstgebärende von sehr zartem Körperbau und schwächlicher Constitution, die 8 Jahre lang an epileptischen Anfällen häufig und besonders zur Zeit ihrer Catamenien litt, war während ihrer ganzen Schwangerschaft von dieser Krankheit frei und vollkommen wohl. Eine ziemlich schwere und langsame Entbindung, so wie die künstliche Trennung des grösstentheils tendinös verwachsenen Mutterkuchens unter sehr heftigen Schmerzen und starkem Blutverluste waren nicht im Stande, die epileptischen Anfälle zu erregen. Im Gegentheil erholte sich die Entbundene trotz dieser anstrengenden Geburtsarbeit bald wieder, und blieb 8 Wochen lang, bis zum Wiedereintritt der Menstruation, wohl. Als diese mehrere Tage lang stark floss, traten auch die früheren epileptischen Anfälle wieder ein und wiederholten sich seit dieser Zeit bereits einige Mal."

Neque dissentit ill. Busch Berolinensis aliique obstetricii magni eodem conveniunt. Mihi quidem varia data est occasio ab onere solvendi mulieres epilepticas nullis convulsionum signis animadversis.

Attamen negari non potest epilepsiam in singulis casibus etiam intra graviditatis tempus saepius adgressam esse, et tantum abest, ut putare liceat, eam diminutam vim habere, ut dicendum sit, eam in tali statu praecipuam vehementiam adsequi, cui inter multos doctores ill. Busch consentit, qui hoc respiciens memorabiles res profert (Neue Zeitschr. für Geburtshülfe von Busch, d'Outrepont und Ritgen Vol. V., pag. 90. Berl., 1837.): „. . . eine 17jährige Erstgebärende von plethorischem Habitus und kräftigem, schönem Körperbau, litt seit ihrem zehnten Lebensjahre an habitueller Epilepsie, und alle Heilungsversuche, welche angestellt worden waren, hatten nichts gefruchtet. In der ersten Hälfte ihrer Schwangerschaft blieben die epileptischen Anfälle gänzlich aus, traten um die Mitte derselben wieder ein und steigerten sich

nun in der zweiten Hälfte bis zu dem höchsten Grade, indem sie an Zahl, Heftigkeit und Dauer zunahmen. Nur die kräftigste antiphlogistische Behandlung vermochte von Zeit zu Zeit eine Remission der Anfälle hervorzubringen. Die Anfälle selbst bildeten ziemlich regelmässig eine Kette sämmtlicher Formen von Krämpfen, von welchen selten die eine oder die andere ausblieb. Kurz vor der Entbindung liessen die Anfälle wieder nach und blieben endlich ganz aus, so dass die Geburt und das Wochenbett ungestört verlief. Es wurde von ihr ein gesundes, vollkommen reifes und kräftiges Kind geboren, welches sie sechs Monate lang säugte, und während dieser Zeit frei von Anfällen blieb; nach dieser Zeit stellte sich der erste Anfall nach einer Gemüthsbewegung wieder ein."

Aliquando Busch gravidam vidit, quae ultimo graviditatis mense usque ad decem paroxysmos habuerat. Eo rarius fit, ut mulier habituali epilepsia adfecta impetum morbi momento pariendi sentiat. Cujusmodi casus anno MDCCCXXXIV clinico obstetricio Berolinensi accidit. Fuit primipara quaedam tenuis staturae undeviginti annos nata, quae epilepsia habituali vexata inter graviditatis tempus ab omnibus accessionibus plane liberata fuit. Sed jam secunda partus periodo vehementi et longinqua accessione affecta est. Venae sectio et remedia antispasmodica eam suppresserunt, ut nec repeteretur, neque encysis ipsa ad faustum eventum artis operam exposceret (cfr. Busch, neue Zeitschr. Vol. V., pag. 114).

De levibus gravidarum et parturientium convulsionibus jam supra quid mihi videatur exposui. Differunt ut certis finibus limitatae convulsionum formae ab iis eclampsiae, neque unquam timendum est, ne illae in has transgrediantur.

Periculosiores convulsiones ab exinanitione habendae sunt, quae ut illae ab eclampsia digrediuntur. Rarissime apud gravidas, saepius apud parturientes, saepissime vero apud puerperas inveniuntur et signo capitali atoniae universae et levioris impetus vehementiae indicantur; etiam actiones animi iis paullulum aut fere minime opprimuntur, quamquam breves accessiones plerumque arcto animi deliquio finiuntur. Adparet in hoc morbo sicut in levioribus parturientium convulsionibus plane aliam atque in epilepsia curandi methodum adhibendum esse.

De capitali periculo, in quod graves convulsiones matrem infantemque

adducere possint, non ita docti sumus, ut optandum est. Agitur in tali re de subtilissimis et iis corporis partibus, quarum vires et actiones fere maximam partem et ideo nostram cognoscentiam fugiunt, quod in omnibus, quae fieri possunt formis et relationibus adparent. Sic difficile est et sagacem doctorem regulas certas invenire.

Satis tamen constat, convulsiones matri multum periculi adferre, si aliquid organorum graviorum parturientis revera morbo affectum est, aut ad eum inclinat. Personae quae apertis vel clausis ulceribus in pulmonibus aut hepate adfectae sunt, quae aquam in capite vel in pectore habent, quae organicis cerebri aut cranii deformitatibus affectae sunt, aut ad haemoptysin inclinant, hae omnes convulsiones rarissime superant. Vita autem matris tum quoque periclitatur, quum convulsiones brevissimis intervallis fortasse quartis horae partibus intermissis repetuntur, et simul tum vehementes quum universae longius temporis spatium quam commune unius vel unius et dimidiae minutae pertinent; etiam quum externis convulsionibus et tetanus uteri aut similes uteri spasmi adsociantur, id quod semper totum nervorum systema vehementer affectum esse clare indicat. Est porro infelix prognosis, quum retractio capitis, quam supra descripsi, et cerebri illi torvi motus oculorum aliarumque visus partium primo cum impetu haud plane desistunt, sed ante et inter singulos paroxysmos repetuntur; quum partus et convulsiones jam per menses ante verum graviditatis finem exoriuntur; quum in intervallis convulsionum pulsus aut minime aut paullum redintegratur; quum inter ipsum impetum epistaxis vehemens advenit; quum personae in statu soporis saepe caput attingunt, ac si dolores in eo sentiant; quum arcti soporis status tum quoque perdurat, postquam convulsiones destiterunt; quum visus, labra, oculi in liberis intervallis paullum redintegrantur et pallidiores fiunt, sed eandem fere lividam et tumidam formam retinent, quam inter ipsum paroxysmum tenuerunt; quum visus jam post primas accessiones insigniter concidit et in faciem hippocraticam convertitur, ut homo vix prognoscatur; denique quum sudor frigidus et tenax fieri incipit et sedes urinaque involuntarie emittuntur.

In universo constat plus dimidio feminarum gravibus mori convulsionibus. Iis quae onere non liberatae inprimis accessionibus moriuntur exceptis matribus plurimae quattuordecim diebus post partum sequentibus morbis succumbunt, quos magna nervorum affectione concussa corporis constitutio superare

nequit. In primis viginti quattuor horis post apocyesin tantum paucae mulieres moriuntur.

Etiam DD. **Hunter**, **Lowder**, **Pary**, **Busch**, alii doctores artis obstetriciae exhibuerunt, morbum pluribus quam dimidio mulierum, quae eo afficiuntur letalem esse. Alii minorem numerum proferunt. **Lever** tabellam de hac re composuit, quae multum lucis nobis affert (cfr. **Guys** hospital Reports, second Series, W. II., 1843. Oct., p. 495):

	Casus convulsionum.	Numerus defunctarum matrum.	Status rei.
Dr. Bland	2	0	—
Perfect	14	5	35,7
Giffort	4	2	50
Dr. J. Clarke . . .	19	6	31,5
Dr. Smellie	8	2	25
Dr. Merriman . . .	36	8	22,2
Dr. Ramsbotham .	26	10	38,4
Dr. Maunsell	4	2	50
Dr. Collins	30	5	16,6
Dr. Beatty	1	0	—
Dr. Churchill . . .	2	0	—
Dr. Mantell	6	2	33,2
Dr. Lever	14	2	14,2
	166	44	26,5

Sequitur ut ex mulieribus CLXVI quadraginta quattuor vel pro centum XXVI,v moriantur. Iis vero casibus, quos **Lever** exhibet, detractis numerus mortuarum jam XXVII,vi pro centum attinet. Ceterum eae relationes, quae paucas modo mortuas exhibent saepe debiles constitutiones, quibus felix eventus maxime favet, comprehendant.

Infantibus est etiam infaustior ratio, quam matribus: si enim in levibus convulsionibus vix aliquando infans moritur, tamen in vera eclampsia multum detrimenti capitur. Ex quadraginta septem casibus quos ill. **Busch** (Neue Zeitschr. für Geburtsk. 1837, Vol. V., pag. 128) observavit, unus tantum infans servatus est. Etiam mortuorum infantium is erat status, qui nos statuentes facere debeat, mortem jam primis convulsionum accessionibus effectam esse.

Gratiorem nobis numeri rationem Dr. Lever protulit, qui ex quindecim inter convulsiones enatis infantibus undecim viventes enumerat. Raro autem vita servatur, quum infans nimiam, quoad pelvim attinet, magnitudinem consequutus est, aut abnormalem situm tenet, aut umbilicus praejacet, aut liquor amnii maturius defluit, aut placenta maturius solvitur aut praevia exstat; porro quum apocyesis per vim quandam efficitur et infans pluribus hebdomadibus a maturitate abest, denique quum convulsiones universae uterum quoque capiunt. Ille postremo loco exhibitus status certe ex omnibus summam obstetricii diligentiam ad rectam prognosin proponendam exposcit.

Tum nos experientia docuit, partu finito convulsiones plerumque desistere aut summum unam vel duas accessiones sequi. Itaque habendum est, illam veram eclampsiam arcte cum partu ipso conjunctam esse. Rarissime tantum convulsiones etiam post partum vim quandam continent et mortem adducunt.

Morbi sequentes matrem facile dementia, melancholia, fatuitas tenent. Brevissimus sopor post partum, quem ill. Busch observavit, horae spatium implevit, longissimus quinque totos dies.

Jam de cura illius morbi periculosi hominum omnium compassionem excitantis dicendum est; hîc medico locupletissima disquirendi occasio datur. Quoad enim de causis efficientibus morbi istius certiores non facti sumus certam curandi methodum commendare non possumus. Potius in singulis casibus singularum mulierum indoles respicienda nobis erit. Quanto sententiae de causis morbi distent, ex iis, quae supra de eclampsiae indole protulimus luculentius adparebit, quam ex ulla disquisitione theoretica. Ceterum vero ea, quae ab plurimis scriptoribus de hac re exhibentur, ita varia sunt aut incerta, aut communia, ut fere nihil scientiae nostrae, qua sit via morbus iste curandus, prodant. Alio loco (Baumgarten's Zeitschrift für Chirurgen von Chirurgen Vol. II., pag. 376 sqq. et Vol. III., pag. 2 sqq. Osterode et Goslar, 1845) mihi aliquid de hac re diligentius proferendi occasionem sumpsi et medicorum sententias contuli. Quoniam vero nimium utile res adfert, earum repetundarum occasio hic esse mihi non videtur. Eas tantum res, quae magis confirmatae videntur esse, his regulis concipiam.

Omnibus ceteris rebus posthabitis ab quaque eclampsia capta aegrota omnia sunt removenda, quae liberam naturae actionem salubrem turbare aut

impedire possint. Vestes comprimentes solvendae sunt; lectus commodus est adhibendus; inprimis necesse est, ut caput et humeri tanto erigantur, quantocunque fieri potest, ne operationes uteri impediantur, qua re congestiones ad pulmones et cerebrum aliquantum supprimantur. Porro cubicula sano aëre implenda sunt, temperatura sit satis calida. Si ventriculus superimpletus aut cruditates in tractu intestinorum convulsiones efficiunt, jam leve emeticum adhibendum est, neque timeas, ne vomitionibus effectae congestiones ad caput periculum afferant, quoniam aegrotae nunquam inter paroxysmum sed semper inter soporem, quando spastica congestio remissa est, vomunt. Caeterum laudandum est clysmatibus etiam pulvere ex hydrargyro chlorato miti aut jalapa cum hyoscyami extracto et similibus remediis ventriculum et intestinorum tractum expediri. Id non solum congestiones ad caput, pulmones, hepar diminuit, sed musculis in pariendo agentibus viam patefacit.

Tum opus est graviora organa ab convulsionum turbationibus tueri. Itaque effectus quem sanguis in convulsionibus habet, satis respiciendus est. In plethorico statu et congestionibus ad cerebrum venae sectio et hirudines adplicandae sunt. Plethora universa impedit liberam actionem nervorum criticam: quamobrem omnes scriptores venae sectiones commendarunt. Dr. Fr. Plasse (Busch's, Ritgen's, Siebold's Zeitschrift für Geburtskunde Vol. XVIII., pag. 253. Berl., 1845) hanc sententiam profert: „Sollte in diesem gleichsam asphyctischen Zustande nicht das Gleichgewicht der Electricität im menschlichen Körper gestört worden sein? Sollten diese Schläge, Zuckungen, Convulsionen wohl etwas Anderes sein, als positive electrische Schläge, die so lange, als jene Congestionen durch Antagonistik im Unterleibe und dem Gehirne fortdauern, nicht nachlassen, sondern vegetiren müssen? Die Convulsionen erreichen nur dann erst ihre Endschaft (in d. R. Genesung), wenn die Blutcongestionen nach dem Gehirne aufgehört und das Gleichgewicht der Electricität im kranken Organismus wieder hergestellt worden ist.“ — „Daher ist fast bei jedem Ausbruche von Puerperal-Convulsionen, besonders wenn diese mit grosser, schwerer Bewusstlosigkeit verbunden sind, ein mehr oder weniger kräftiger Aderlass — indicatio vitalis — nöthig. Dieser muss etwa aus folgenden Gründen angewandt werden: 1) um Zeit zu gewinnen, damit die übrigen zweckdienlichen Mittel in Anwendung gebracht werden können; 2) um Erguss und darauf erfolgende Entzündung und Ausschwitzung im Ge-

hirne zu verhüten; 3) desgleichen im Unterleibe zu hindern; 4) die Stockungen des Blutes zu lösen."

Sanguis in spasmorum intervallis plerumque ex brachio dextero emittitur. Quantum sanguinis emittatur et ex mortuarum et morbi ipsius indole, et ex effectibus, quos sanguinis emissio adfert, aestimandum est. Plerumque duae vel tres patellae effectum optatum edunt. Si vero signa valetudinis nulla adparent, et congestiones ad caput pertinent: sanguinis emissiones iterandae sunt, usque dum universus, calidus, evaporans sudor erumpit, qui aptis remediis statim nominandis sublevandus est. Adparet multitudinem sanguinis hoc modo satis magnam emittendam esse. Equidem in observationibus infra annotatis plures casus descripsi, in quibus locupletes sanguinis emissiones necessariae fuerunt. Dr. Plasse unum adfert casum, in quo intra duodecim horas ter venam incidit, etiam perill. Selle (Medicina clinica. Berol., 1783. p. 323) intra viginti quattuor horas quinquies venam secavit. Dr. Lever (l. c.) aegrotae cuidam intra septendecim horas CXXII uncias sanguinis emisit. Tam ingens sanguinis detrimentum summum gradum consequutum sit, qui rarissime sit repetendus.

Qualis sit locus eligendus, cui sint hirudines applicandae ex congestionibus dependet, quamobrem modo frons et tempora, modo collum et cervix, modo pectus et venter ctr. a sanguisugis teneri possunt. Ventris regio in congestionibus ad hepar est eligenda, pectus apud phthisin pulmonalem sanguine superimpletur.

Venae sectio autem et hirudines solae non semper sufficiunt. Glacies quoque est saepe calenti capiti per dies noctesque applicanda; sinapismi calidi frigidis cruribus et pedibus, praeterea binis, ternis vel quaternis horis clysma ex concentrato infuso valerianae radicis et florum chamomillae adhibendum est. Et ubi universis convulsionibus etiam tetanus uteri adsociatur, unguentum opii aut unguentum hyoscyami abdomini et ori matricis leniter illinenda sunt. Saepe cataplasma armoraciae recentis ventriculi regioni applicatum multum prodest.

Multo pluris calida balnea ex antispasmodicis herbis binis horis iterata aestimanda sunt. Non modo leniunt motus nervorum excitatorum luculenter, sed specifico quodam modo spasmos solventes interna genitalia attingunt. Balnea tepida praecipua sunt remedia ad fetum vitam periclitantem a morte tuendum.

Iis medicamentis adhibitis imminentia pericula amoveri et infausto eventui felix successus supponi potest. Certe constat, in emissionibus sanguinis modum rectum non esse derelinquendum, ne exinanitiones efficiamus; nihilo minus accessiones convulsivae quae interveniant nos deterrere non debent. Corporis indoles, plethora et pulsus status in hac re accuratissime sunt respicienda. Vix mihi dicere necesse sit, in convulsionibus nervosis nihil omnino sanguinis emittendum esse nisi homines quidam ignorantes fere mente capti saepe in eo vehementer peccant quod emisso sanguine quasi vampyres mulieres interficiunt.

In tali statu balneis clysmatibus et cataplasmatibus exceptis nervina quorum nonulla enumerabo adhibenda sunt. De iis recte eligendis et adhibendis praestantissima illa materia medica quam Dr. Strumpf conscripsit, nobis diligentissimam et accuratissimam doctrinam exhibet. Interna medicamenta minime negligenda sunt.

Ex iis aliquid momenti habent nitrum et tartarus stibiatus. Utrumque multi sanguinis emissionem recusant, atque puto, tartarum stibiatum in omnibus convulsionibus sthenicis quae taedium excitant esse dandum, ut accessiones repetitae aut supprimantur aut limitentur. Idem efficit ipecacuanhae radix, quae in tali statu non ita facile vomitum elicit.

Gravius medicamentum est ammoniacum carbonicum pyro-oleosum, quod haud raro omnia alia medicamenta supplet, et citissime sudorem optatum elicit; interdum moschum ipsum supervacaneum reddit. Nuper Jeltes (Journal méd. de la Néerlande, 1844. Avril) in puerperarum convulsionibus liquorem ammoniaci caustici in dosibus granorum trium in aqua solutis quinis minutis haud infeliciter praescripsit, conferas cel. Strumpf materiam medicam Vol. I. Post quartam dosem convulsiones diminuebantur et mox cedebant. Dosis ad guttas quinque aucta erat, usque aegrota in universum centum quinque guttas sumpserat. Maeeusis proximo die forcipe fracta est. Atque jam Elias de Siebold in libro suo excellenti de feminarum morbis conscripto liquorem ammoniaci acetici ut medicamentum morbos uteri sanans commendat. Efficacissima est radix valerianae quae etiam moschum opiumque longe superat, quamque illa quoque, sicut castoreum et ambra inprimis in nervosis convulsionibus interdum juste adhibeantur.

Caetera quae magni sunt aestimanda medicamenta haecce sunt: liquor

ammoniaci succinici, radix serpentariae, oleum animale aethereum, camfora, asa foetida. Complures medici hydrargyrum chloratum mite et medicamenta acido hydrocyanico permixta commendarunt; alii confidunt aliis medicamentis, vel ut zinco oxydato albo et zinco sulphurico, ammoniaco cuprico-sulphurico, argento nitrico fusco atque methodo quam Dr. Stütz exhibuit (conferas Hufeland's Journ. f. pract. Heilkunde Vol. X., pars 4.). Sed ista medicamenta in convulsionibus gravidarum et parturientium non tantum effecerunt, quantum in aliis casibus.

Si jam quaeritur, an mulier intra graves convulsiones artis opera onere solvatur, certe non est negandum, dolores ad partum renovandarum convulsionum semper occasionem esse. Itaque ii medici non tam injuste fecerunt qui adempto infante cum numero dolorum ad partum etiam numerum paroxysmorum diminutum fore speraverunt. Quaeritur hic tantum, num id principium adimendi nullis finibus limitatum constituendum fuerit, quod adhuc a multis obstetriciis factum est, numque id quod ab altera parte emolumenti sibi vindicare voluerunt, ab altera duplex impedimentum afferat. Itaque id diligentius respiciendum est, an uterus arctissime cum catena convulsiva conjunctus sit. Quod si ita se habet omnis vis, quae magnum illum et criticum nervorum lusum attingat, plane respuitur, in omnibus enim casibus hoc modo parturientes morte affectae sunt. Si vero uterus extra catenam convulsionum positus est et accessiones ita vehementes fiunt, ut timendum sit, ne parturiens fetu non liberata iis succumbat, semper praestat, partum artificio modo ad finem ducere, simulac os uteri eam operationem nulla vi magna adhibita concedit, quae l'accouchement forcé dicitur. „In einem Falle in der Privatpraxis" inquit ill. Busch (neue Zeitschr. Vol. V., pag. 128.) „fand ich nach sechszehn Anfällen endlich den Muttermund so weit geöffnet, dass das Accouchement forcé vorgenommen werden konnte; allein die Entbundene starb 24 Stunden nach der Geburt unter der Erscheinung der grössten Respirations-Beschwerden; die Section zeigte, dass die Lungen geborsten waren und tiefe Risse hatten. Man muss daher wohl berücksichtigen, dass man mit der Anwendung der Entbindung nicht zu lange zögert, indem sonst die Hülfe zu spät kommen kann."

Attamen ubi ceterae res id permittunt bene agitur, si apocyesis artificiosa in altera partus parte instituitur, quod tum in plurimis casibus tetanus uteri desistit. Nunquam vero apocyesin tractare debes, nisi opium et balnea

tepida satis adhibueris. Etiam forceps nunquam intra paroxysmos applicanda est, sed tranquilla intervalla usurpanda sunt, et cum maxima cautione doloribus ad partum regentibus agendum est. Denique nunquam est omittendum, statim post apocyesin abdomen pulvinis gravibus aut cataplasmatibus calidis urgere, ut periculosa nervorum excitatio cum evacuatione conjuncta supprimatur.

Hisce expositis praescriptis iterum praecepta curandi repetam, quae Miquel in scripto praemio ornato enumeravit: ,,Certains auteurs ont enseigné que toutes les fois que les convulsions se manifestaient pendant le travail, et quelquefois même avant, il fallait recourir à l'accouchement artificiel. D'autres ont très-bien vu que, dans certains cas, les manoeuvres nécessaires pour pratiquer cette espèce d'accouchement pouvaient être si difficiles qu'elles devenaient impossibles à exécuter, et si dangereuses qu'elles aggravaient les convulsions bien loin de les faire cesser. Ils se sont par conséquent bien gardés d'établir en principe que les convulsions nécessitaient toujours la terminaison de l'accouchement. Mauriceau dit d'abord que les convulsions, de même que l'hémorrhagie, mettent fort en danger la mère et l'enfant, si la femme n'est promptement secourue par l'accouchement, qui est le meilleur remède qu'on puisse opposer à l'une et à l'autre; mais, ajoute-t-il plus loin, quand la matrice n'est pas suffisamment ouverte, il faut se borner aux remèdes ordinaires, tels que la saignée, l'éternuement, les clystères forts, les fomentations émollientes, les onctions huileuses. De la Motte est du même avis lorsqu'il dit: Il ne faut pas ce faire une règle générale d'accoucher toutes les femmes qui sont attaquées de convulsions, tant pendant la grossesse que dans le temps de leur accouchement. L'on ne doit même se servir de cet extrême remède que lorsqu'il n'y a plus rien à espérer du côté de la nature. Après avoir signalé le danger d'une manoeuvre inconsidérée, Baudelocque conclut qu'il ne faut pas se presser d'opérer l'accouchement quand la nature paraît disposée à le faire d'elle-même, quel que soit le caractère et la force des convulsions; qu'on ne doit l'entreprendre en aucun cas, si le travail n'en est pas déjà commencé; la marche du travail, d'après l'observation du même auteur, semble même en être quelquefois plus rapide, puisque souvent on a trouvé l'enfant entre les jambes de sa mère, quoique, un instant auparavant, l'on n'eût remarqué presque aucune disposition à l'accouchement. J'ai été témoin, dit M. Gardien, qu'une femme tourmentée, au début du travail, d'accidens hystériques, ayant été at-

teinte de mouvemens convulsifs, s'est délivrée en trois douleurs, quoique au moment où ils se sont déclarés, l'orifice fût encore peu dilaté." — „Les recueils des observateurs sont remplis d'ailleurs observations où l'on voit des femmes tourmentées de convulsions pendant le cours de la grossesse, et qui cependant ont porté leur foetus à terme, et ont accouché heureusement. D'autres se sont délivrées sans accident au milieu même des convulsions les plus violentes; ils ne faut donc établir aucun principe exclusif. C'est l'état de la femme, le progrès du travail, le danger apparent de la mère et de l'enfant qui doivent déterminer le praticien. Voici le résumé des principes de traitement les mieux établis et les plus judicieux exposés dans les bons auteurs et sanctionnés par l'expérience." — „Lorsque le travail est compliqué de convulsions, l'aspect de la malade, la rougeur ou la lividité de la face, la plénitude des vaisseaux, la force du pouls, le battement des carotides etc., indiquent un état de pléthore bien prononcé et exigent l'emploi le plus prompt de la saignée; on la pratique d'abord au bras ou à la jugulaire, si cela est possible; si non, l'on applique des sangsues à la face antérieure du cou, aux tempes ou derrière les oreilles; on renouvelle ces moyens thérapeutiques suivant l'indication, déterminée par l'affaiblissement ou les progrès des symptômes. C'est dans ce cas, qui est du reste le plus ordinaire que les lotions d'eau froide sur la tête, les ventouses scarifiées à la nuque, les lavemens âcres, irritans, procurent un soulagement marqué." — „Si au contraire la face pâle, les yeux brillans, le pouls petit et serré, les urines claires annoncent un état d'éréthisme de la fibre nerveuse, sans congestion cérébrale, c'est dans ce cas, beaucoup plus rare que le précédent, que les bains, les préparations opiacées, les antispasmodiques, les lavemens anodins, le musc, le camphre, l'assa-fétida trouvent leur emploi; alors les sinapismes, les vésicatoires aux pieds, aux jambes, aux cuisses procurent un grand avantage. Si cet état était occasionné par une douleur excessive, dépendant de la déchirure de la matrice, d'une ulcération etc., il faudrait surtout insister sur l'opium." — „Voilà des indications fournies par la considération du tempérament nerveux ou pléthorique de la malade. On peut en tirer encore de certaines autres circonstances qui se recontrent avec le travail. Ainsi, il est presque superflu de dire que, dans une première grossesse, il faut ramollir les parties avec un mucilage ou des onctions huileuses; quoiqu'on ne doive pas compter beaucoup sur un pareil moyen, il ne

faut pas non plus le négliger; que si l'obliquité de l'utérus est trop forte, il faut y remédier par la position; que si le rectum ou la vessie sont dans l'état de plénitude, il faut les vider par le moyen des lavemens ou de la sonde; que si les convulsions sont causées, par la présence de personnes qui déplaisent à la malade, par des odeurs musquées ou autres circonstances analogues, il faut enlever ces causes, quelles qu'elles soient. Ces précautions doivent être observées contre tous les autres accidens des couches, et il suffit de les avoir indiquées. Pendant l'administration des remèdes précédemment conseillés, le travail avance, les douleurs se rapprochent et se mêlent aux convulsions, et l'accouchement arrive à son terme à travers ces obstacles.“ — „Mais si les vraies douleurs, au lieu d'avancer, se ralentissent, si les forces de la malade s'affaiblissent d'un moment à l'autre et menacent de s'épuiser, si les convulsions augmentant en intensité, compromettent les jours de la mère et de l'enfant, alors il n'y a point à balancer, il faut terminer l'accouchement. L'expulsion seule du foetus peut rendre le calme à l'économie, et la délivrance est le but auquel doivent tendre tous les efforts de l'accoucheur. Alors, dit De la Motte (Traité complet des accouchemens, observ. 214. Réflexions), il n'y a pas de temps à perdre; il faut prendre incessamment son parti qui est d'accoucher la femme à quelque temps quelle soit de son terme, parce que la convulsion ne peut cesser que par l'accouchement, qui est de tous les accouchemens celui qui met la mère et l'enfant dans un plus grand péril.“

Periculum autem cum gravibus convulsionibus conjunctum et incerta quae adhiberi potest curatio nos adhortatur, ut maturius cogitemus, qua ratione talis morbus praecaveatur. Diligentissimus quisque medicus, quo modo eclampsia incedat et se gerat expertus, hoc semper poterit; est etiam curatio prophylactica simplex. Mane surgere, ambulare in aëre puro sub divo, in coenis quam maxima jejunitas, qua caro et coffeae infusum omnino evitatur, sunt res quae plane sunt exposcendae. Praeterea excretiones intestini recti purgantibus remediis aut clysmatibus efficiendae sunt. Signis iis morbi adparentibus a me diligentius exhibitis, ne perhorrescas nec hirudines nec venae sectiones. Etiam Miquel (l. c. pag. 63.) refert: „Mais lorsqu'il y a pléthore, rien ne peut remplacer la saignée; c'est alors le moyen le plus prompt, le plus sûr, le plus salutaire. Tous les accoucheurs s'accordent à fonder sur lui les plus grandes espérances. Et en effet, en désemplissant les vaisseaux et diminuant la masse

du fluide sanguin, la saignée enlève directement le stimulus le plus puissant; elle garantit le cerveau d'une excitation trop forte et modifie la sensibilité générale d'une manière évidente." Sed haec verba quoque sunt diligenter respicienda: „C'est surtout pour prévénir les convulsions générales que la section de la veine devient utile. Mauriceau, Peu, La Motte, Levret, Baudelocque et un grand nombre d'autres auteurs rapportent des exemples des succès non équivoques obtenus par cette pratique, dont on a cependant abusé. Ainsi, Mauriceau parle d'une femme qui avait été saignée quarante-huit fois pendant sa grossesse, et d'une autre qui le fut quatre-vingt dix fois; mais quoiqu'elles eussent accouché toutes les deux fort heureusement, il blâme la conduite des médecins qui ordonnèrent tant de saignées, „„qui contribuaient plutôt, suivant lui, par la grande inanition qu'elles faisaient, à causer à cette femme des mouvemens convulsifs, qu'a l'en guérir véritablement."" Sans doute, des exemples semblables ne doivent point être imités, mais ils peuvent servir à faire connaître jusqu'à quel degré on peut porter les évacuations de sang, et avec quelle facilité ce fluide se reproduit chez les femmes enceintes."

Cuique medico igitur est necessaria res, tales mulieres, praecipue primiparas tempore graviditatis posteriore saepius visere et earum valetudinem inspicere. Sic etiam vir celeberrimus Dr. Clarke in libro suo: „Practical essays on the management of pregnancy and labour" inter multas sententias excellentissimas de hac re exhibitas hancce profert: „With regard to the general management of women with child, we ought always to remember that the progress of the future labour and its consequences will depend very much upon the previous state of the patient's health. In every thing, therefore, which we recommend to pregnant women we should consider the effects which may be thereby produced upon the labour, and upon the health of the woman afterwards." — „The natural disposition of pregnant women verges towards plethora, and those diseases which have been denominated diseases of increased action be kept up, or aggravated by improper or heating food, by violent exercise, or strong, liquors freely and imprudently drunk, it must be apparent that the stimulus arising merely from the exertions of labour will be sufficient, in a constitution so predisposed, to produce a fever. To guard against this, women, during pregnancy, should carefully and industriously avoid all excess of the table, and should confine their diet to such kinds of food as neither

stimulate during their digestion nor afterwards. Fruits, therefore, vegetables, and milk diet, are particularly proper, with a sparing use of animal food, strong liquors, and spices. Exercise should be taken, but it should be moderate in its degree, and, if possible should be in a pure air." — „By paying a constant attention to these points, we shall so conduct a woman through the state of pregnancy, that she will fall into labour in perfect health, and with the constitution prepared to sustain the violence of the exertions employed during the progress of it, and this without the most remote danger of disease being produced afterwards."

OBSERVATIONES.

OBSERVATIO PRIMA.

ANNO MDCCCXXI.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS ET PUERPERAE.

Matrona quaedam corporis vigore et forma haud insignis rure vitam degens, plethorica, temperamento cholerico-sanguineo annos xxv nata tertio gravida fuit. Priores maeeuses prosperum eventum habuerant, ipsa bona valetudine utebatur. Nec minus tertia quoque secunda graviditate fructa est, gravida modo extremis hebdomadibus et tumoribus lymphaticis oris, genitalium, femorum, et vehementi carebaresi et gravi somnolentia vexata erat. Augusti x. die mane hora vi. partus incepit. Dolore ad partum primo exeunte subito eclampsia debilis impetus adparuit. Idem repetitus est primis xxiv horis quinis vel senis intermissis; secundo die majore vi et longius remanens, ternis vel quaternis horis.

Tertio morbi die advocatus paroxysmos quaque hora revenientes vidi. Hoc rerum statu uterque qui adfuit medicus me hortatus est, ut uxori partum solverem. Qualis vero corporis status! parturitionis actio ab initio inertissima fuerat et jam per complures horas plane destiterat. Aegrota opisthotono universo capta erat: sopor arctissimus et respiratio stertens. Visus pulcher valde intumuerat, purpureus, torvide distortus: labra cyanea, bruna et tumida lingua ex ore exstabat et dentibus contorta erat. Pulsus tardus erat plenus et durus. Totus paroxysmus circiter quinque minutas durabat, sed post triginta denuo et tum saepius adparebat. Quos inter paroxysmos uterus quoque rigore captus est et orificium matricis uno digito amplificatum arctissime contortum est: atque ita erectum erat, ut vix caperetur, partes vero infantis haud omnino sentiri possent. Paroxysmo debilitato fundus uteri satis contractus erat; orificium vero mox priorem extensionem cepit.

Aegrotae primo die medicamenta antispasmodica et clysmata aperientia praescripta fuerant. Altero die uncias decem sanguinis ex brachio miserant, simul infusum sennae compositum, opium et camfora et insuper antispasmodica clysmata dederant, neque sinapismi et balnea ferventia abfuerant. Medici l'accouchement forcé unicam viam esse putarunt, qua uxor servari posset. Equidem vero hanc operationem mihi tantum sumpsi locupletiori cedendum esse experientiae existimans. Antea venae sectionem viginti unciarum institui, viginti hirudines capiti et epithemata frigida imposui et in humerario infantis situ l'accouchement forcé perfeci. Infans mortuus erat, mater morti proxima. Ambo illi medici iterum antispasmodicorum praesertim opii magnas doses adhibuerunt, sed tamen convulsiones perdurabant. Secundinae post duas horas solutae sunt, metrorrhagia modica, quattuor horis post operationem res morte finita est.

Augusti die XIV. utroque medico adsistente sectio a me facta est.

Venas in superficie cerebri tumidas inveni, arteriam choroideam et arteriam corporis callosi magis, cetera vasa sanguifera minus sanguine impleta. Inter duram matrem et arachnoideam exsudationes humidae adparuerunt: aquae majore ubertate ventriculi cerebri impleti erant. Cerebri substantia mollior quam natura facit; in cavo thoracis pulmo rectus inferius concretus, utriusque pulmonis superiores lobi sanguine superimpleti erant. In ventris cavo exsudatio aquosa non exigua adspecta est. Matrix sanguinolenta, lumen amborum ureterum ab renibus usque ad introitum pelvis parvae diductum. Cetera organa normalem statum praebuerunt. — Infantis sectio nihil a norma alienatum detexit.

Haud dubitari potest, quin talis hyperaemiae et exsudationis status nonnisi valida antiphlogistica curatione removeri potuisset; quin vero l'accouchement forcé mortem accelerarct.

OBSERVATIO SECUNDA.

ANNO MDCCCXXII.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS ET PUERPERAE.

Januarii vicesimo tertio die mane altera hora primipara viginti unum annos nata operam meam advocavit. Uxor indolis erat sanguineae, nunquam

rigoribus erat vexata et menses ab anno aetatis septuagesimae nullo impedimento habuerat. Per graviditatis tempus bene valuerat, modo alvi duritiem et dysuriam implorans; postremis mensibus capitis dolore, tumore visus et totius corporis doluerat, quibus postremis octo diebus molestus capitis cutisque pruritus et pedum formicatio ut dolor pungens supervenit, ut aegrota vel nocturna quiete frui non posset. Diebus duobus ante partum vertiginis somnolentiae obnubilationis sensuum, choreopsiae adgressus, scrobiculi cordis pressus et stupor manuum inceperunt; Januarii mense altero et vicesimo die hora decima vespertina primi dolores ad partum, duas post horas iisdem cum distortionibus oris, prima hora prima paroxysmi accessio.

Itaque uxorem secundo paroxysmo captam inveni qui circiter decem minutas duravit. Conscientia non plane erat exstincta, sed elocutio impedita lingua pertumida dentibus insuper laesa. Visus pertumidus et cyaneus, pulsus plenus, durus et tardissimus: tantum pulsus arteriae quadraginta tres enumeravi. Portio vaginalis usque ad paucas lineas praeteriverat, orificium magnae rigiditatis; infans in obliquo jacuit.

Praeter alias cautiones sanguinis viginti duae unciae sunt dimissae et dum glacies adportaretur frigida aqua capiti superfundebatur. Solutionem praescripsi ex nitro, sale amaro et tartaro stibiato compositam, clysmata ex florum Chamomillae infuso vel ex sale, sapone, melle praeparata. Portio vaginalis unguento opii puri illita est, in vaginam multum olei tepidi injectum et externis genitalibus spongia marina infuso florum chamomillae calido irrigata imposita est; abdomen epithematibus lanae oleo lini calido perfusae involutum est.

Accessione altera praeterita post tres horas tertius paroxysmus aegrotam corripuit: deinde stercoris et urinae permultum horridi odoris ejectum est. Dolores ad partum debiles fuerunt sed normales. Invasiones per diem ternis horis repetitae sed majorem vim adsequutae longius quoque duraverunt; itaque post meridiem quarta hora sanguinis sedecim unciae emissae et viginti hirudines capiti adplicatae sunt. Orificium matricis tum ad thaleri magnitudinem auctum erat, stercore et urina perpetuo ejectis et vomitione biliosa semel facta.

Vespertina hora nona. Paroxysmi singulis horis repetuntur: sopor, respiratio stertens, perfecta mentis amissio: pulsus celer, parvus, durus: visus minus purpureus, caput percalidum: carotides satis vehementer pulsant. Iterum

venae sectione unciae duodecim sanguinis emissae sunt, capiti duodecim hirudinibus impositis. Pro mixtura salis binis horis tria hydrargyri chlorati mitis grana cum extracti hyoscyami uno grano perfusa.

Duobus horis post congestionum ad cerebrum nulla signa: sed vehemens aegrotae excitatio. Casus qui supra dicti sunt omnes aderant. Vesicatorium cervici et extremitatibus sinapismos imponi jussi.

Noctis hora prima. Balneum calidum infusa aqua frigida. Aegrota quum viginti minutas in balneo degisset, insultus exorti causa id reliquit: opisthotonus ingressus est etiam post exacerbationem tenax. Respiratio stertens et lenta dyspnoea interjecta est: pulsus destiterat: cutis frigida frigidoque sudore totum corpus illitum; denique momentum supremum venisse visum est. Et jam dolor partium omnino exstinctum erat, uterus plene extensus; idem enim inter totum morbi spatium vehementioribus convulsionibus caruerat.

Jam ad extractionem fetus perveni et versione fetus in caput facta forcipe asphycticam infantem protraxi, quae medicamentis incitantibus applicatis post dimidiam horae partem primam vocem edidit. Secundinae statim exsequutae sunt, atque simul satis ubera metrorrhagia. Status vero puerperae idem qui ante maeeusin erat. Itaque irritantibus adplicatis tincturam opii in parvis dosibus guttas quinque quaternis vel binis horae partibus dari jussi. Eoque pulsus iterum sentiebatur dyspnoia refugiebat, ceteris iisdem casibus immo post tres horas pulsus celer, parvus indurescebat, carotides vehementius pulsabant, convulsio iterum vehemens adparebat. Denuo emissio sanguinis unciarum octo. Opio remoto moschum adhibui, binis horae partibus grana duo pro dosi. Post horas duas convulsio recens exorta est, debilior tamen; moschi ternis horis unum granum, hydrargyri chlorati mitis binis horis duo grana data sunt. Caput perpetua glaciei immissione frigidum servatum est: sinapismi in extremitatibus refecti sunt. Sic quidem paroxysmi per diem ternis vel quaternis horis revenerunt, attamen mitiores: vespera hora undecima undevicesimus et ultimus paroxysmus aegrotam cepit. Tetanus omnino destiterat, sopor nondum arctissimus et tenacissimus fuit, pulsus ordinatus, parvus, celer, singulis minutis centum et sexaginta pulsationes. Simul excretiones uberiores ternis horis hydrargyri chlorati mitis dosi praescripta data effectae sunt.

Tertius morbi dies. Aègrota inquietam noctem habuerat: invicem sopor et deliria exstiterant ad matutinum tempus singula conscientiae momenta

adparuerunt. Cutis calor normalis, liquoso sudore illisae, pulsus ad centum et viginti pulsationes comminutus: complures etiam dejectiones alvi aquosae. Hydrargyrum chloratum mite removi, et propter lassitudinem et vasorum nervorumque actionem excitatam infusum radicis serpentariae virginianae cum aqua oxymuriatica et epithemata frigida adhibui.

Dies quartus. Somno qui per complures horas duravit major quies exstiterat. Pulsus centum pulsationes per minutam. Respiratio libera: corpus mediocriter tenaci sudore coopertum. Conscientia fere tota revenerat; aegrota vero locutionem impeditam, lassitudinem membrorum omnium et capitis obnubilationem deploravit. Lingua fuit sterilis, sed bibendi cupido vix adfuit.

Quintus dies. Aegrota bene dormierat; sudor criticus locum adhuc tenuit. Pulsus octoginta pulsationes; conscientia plena; mammae turgescentes; lochia parva; per duos dies alvi obstipatio. Glacies a capite removetur et clysma aperiens adhibetur. Medicamentum quo usus fueram omittitur et propter magnam lassitudinem quae remanebat, incitationem vasorum, anorexiam, tardam alvi dejectionem infusum radicis rhei cum acido phosphorico praescribitur et jus carnium et lac commendatur.

Decimus dies. Omnes functiones magis sunt ad regulam reductae. Lactatio bene se habet, ut infans solo fere matris lacte nutriatur. Convalescentia diaeta corroborante et usu decocti e radice ratanhae sublevatur.

Fine hebdomadis quartae ad valetudinem puerperae nihil desiderandum erat. Neque postea paroxysmis doluit, quamquam duos adhuc viventes liberos paruit.

Maeeusis in hoc casu fuit propter infantem acceleranda, quod in situ fuerat in quo ut emittatur fieri non potuit. Et orificio plene extenso, matrice autem a convulsionibus libera nihil adfuit periculi. Effectus opii demonstravit in hoc loco id minime adhibendum fuisse: immo quattuordecim grana moschi et undequinquaginta grana hydrargyri chlorati mitis adhibita sunt. Salivatio non est effecta.

OBSERVATIO TERTIA.

MENSE MARTIS MDCCCXXII.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS ET PUERPERAE.

Ancilla quaedam valida robusta viginti annos nata ab anno actatis decimo septimo menstruata, nunquam morbo aliquo adfecta, primo tunc gravida multos dolores spatio graviditatis ultimo deploravit, qui in eclampsia haud rari prodromi inveniuntur: inprimis carabaresin vehementem. Nocte aliqua subitis convulsionibus correpta est. Tempus exorti morbi et numerum accessionum mater, vidua pauper vetus, dicere non potuit; tantum rigorem unquam destitisse negavit. Opera mea sero petita est.

Quum advenissem temporis matutini hora septima, maeeuter quidam jamjam adfuit id quod accouchement forcé a medicis dicitur effecturus. Exploratione maeeutica ille vaginam latam, orificium uteri digito dilatatam, caput infantis projaciens invenerat.

Persona ista tetano vehementi et sopore arctissimo capta sibi inconscia jacebat: respiratio compressa erat; suspirabat et delirabat vicissim. Matrix alte in cavo abdominis exstabat, durissima, inaequalis, et octoginta pulsationes singulis minutis habebat. Cutis arida erat, urens, vultus tumidus, purpureus, maxilla longe patens, os semiclusum. Paroxysmus exstitit, qui quartam horae partem duravit: deinde idem prior status.

Sanguine sedecim unciarum misso pulsus regularis factus est. Frigida epithemata in caput, calida cataplasmata in abdomen et genitalia, tepidae injectiones in vaginam; medicamentum catharticum duorum scrupulorum radicis jalapae et octo granorum hydrargyri chlorati mitis quae post duas horas sedes copiosas effecerunt, irritantibus clysmatibus magis maturatas. Circiter hora undecima antemeridiana idem status. Secunda sanguinis emissio quattuordecim unciarum et tartari stibiati quattuor grana, aquae destillatae octo unciae bina cochlearia cibaria, aqua laurocerasi in triginta guttis pro hora.

Postmeridiana hora quinta. Congestiones cerebrum afficientes durabant: quamobrem tertia sanguinis emissio ex vena brachiali decem unciarum et sedecim cucurbitulae in cervici impositae. Solutio tartari stibiati fere consumta intermissa est: hydrargyrum chloratum mite autem tria grana pro dosi binis

horis datum; paululo post vesicatorium in cervicem et sinapismi in crura adplicata sunt.

Vespertina hora decima. Aegrota circiter viginti sex paroxysmos ab hora matutina septima toleraverat. Abhinc iidem singulis aut binis horis reverterunt. Pulsus mollis et celer, cutis minus calida, respiratio expeditior et reminiscentia partim praesens fuit. Rigor matricis destiterat; actus parturitionis, adhuc fere nullus, incepit regulari et orificium matricis ad magnitudinem nummi grossorum quinque extensum erat.

Sequentis diei hora matutina quarta. Paroxysmi eodem modo quo vespera priori duraverant, sed omnes casus nunc leniores adparuerunt; dolores ad partum regulares et validi. Liquor hora erat secunda emissus; orificium plane extensum. Caput infantis in pelvi vera jacuit et hora quinta et dimidia puellus vivens caput prorsum naturae viribus enixus est. Nunc vero proh dolor certior de eo factus sum, quod jam opinatus fueram, alterum enim infantem adhuc restare: qui statim pedibus ad expulsionem venit. Sed tamen dimidia hora post apocyesin prioris infantis iterum dolor ad partum exstitit, et vesica fetus dirupta est atque eodem momento quo dolor ad partum destitit insultus lenior exortus est; interea placenta expulsa est et profluvium sanguinis e matrice vehemens prorupit. Statim partus infantis pedibus protractis acceleratus est. Puella asphyctica hoc modo expulsa post decem minutas ad vitam redacta est. Secundinae subinde sequutae sunt et utrique infanti communes fuerant. Metrorrhagia mox cessit et convulsiones animi deliquium adduxerunt, a quo aegrota nonnisi post aliquot horas plane liberata est.

Hora circiter meridiana ejusdem diei recens paroxysmus exortus est: resolutio virium omnium magna fuit. Praeceptum: ammonii carbonici drachmae duae, aquae fontanae destillatae unciae quinque, syrupi althaeae uncia una, singulis dimidiis horae partibus dimidia cochleariae pars. Paroxysmi renovati sunt usque ad posterioris diei horam matutinam octavam, ubi quater paroxysmis adgressis ultimus paroxysmus exortus est. Excrementa et sudores continuo aliquod periculi adtulerunt puerperium ad finem aliis nullis magnis interruptionibus deductum est. Tantum duodecim primis diebus enixa languidissima fuit, lactatio bene se habuit; sed infans primigenitus hora post partum sexta eclampsia mortuus est. Acceleratio apocyesis alterius infantis metrorrhagiae uberrimae causa indicata erat.

Paene pro certo habendum esse videtur, hunc morbum ad finem secundum deductum non fuisse, si ea quae accouchement forcé nominatur operatio effecta esset. Eadem persona in posteriore matrimonio tres liberos bonae valetudinis nullis convulsionibus affecta vitam autem expulsione fetus periclata peperit. In prima maeeusi embryo oblique situs fuit; liquor amnii inter primam pariendi periodum emissus est, mox matricis tetanus exsistit, quo remoto et orificio matricis satis amplificato fetu in pedes verso parturitio accelerata est. In secunda maeeusi regularis fuit expulsio, post eam vero placentae incarceratio locum habuit. In tertia placenta maturius soluta est et liquor amnii dimidia horae parte ante metrorrhagiam emissus erat. Profluvium sanguinis vehemens celeri fetus extractione forcipe adhibita supprimi potuit.

OBSERVATIO QUARTA.

MENSE SEPTEMBRIS MDCCCXXIII.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS.

Mulier annos viginti quinque nata plethorica rustica, secundum encymon bona valetudine usque ad septimam encysis mensem levibus exceptis malis usa fuerat. Illo vero tempore morositate et melancholia capta magnam adversus propinquos lentitudinem praebuit. Interdum laevia deliria exstiterunt. Vivaci autem appetitu fructa est. Iste status usque ad maeeusis tempus duravit.

Doloribus ad partum primis exorsis, meridie Septembris diei vicesimae septimae, nausea et vomitus pituitosus exstitit, ad vesperam saepius horror et phricasmus et vicissim ardor volatilis. Dolores ad partum cesserunt, neque nisi sequentis diei meridie vim receperunt. Nunc vero iis convulsiones oris adsociatae sunt, et doloribus validioribus factis convulsiones auctae sunt nihil tamen capientes nisi singula corporis membra. Accessiones coma variantes ad sequentem diem quarta matutina hora duraverunt; tunc subito graves horridae speciei convulsiones exstiterunt.

Hora septima matutina aegrotam vidi mentis omnino non compotem, vultum pallidum, oculos late apertos et rigentes, trismum perfectissimum. Pulsus parvus fuit, durus, celer; cutis frigida, inferiores extremitates frigidae, fundus uteri durissimus, orificium magnum fuit, ut thaleri nummus, et caput

infantis ei appositum. Sed pariendi actio ab illa prima accessione adhuc quater repetita plane erat exstincta.

Medicus quidam, qui aderat, ab initio morbi medicamentorum antispasmodicorum inprimis opii multitudinem adhibuerat, praeterea rubefacientia. Nunc simul sanguinis duodecim unciae ex vena brachiali emissae, epithemata frigida capiti imposita, clysmata ex tartaro stibiato, lavipedia irritantia adhibita, cataplasmata calida abdomini et genitalibus imposita, injectiones in vaginam tepidae oleosae et infrictiones ex unguento mercurii cinero in articulos maxillae adplicatae sunt. Interna remedia adhiberi minime potuerunt ore plane clauso, nullis dentibus deficientibus. Usque ad secundam horam post meridiem tres adhuc prioribus similes venae sectiones factae sunt et collo atque cervici duodecim hirudines impositae. Ab hoc tantum temporis puncto accessiones adhuc singulis horis repetitae rariores et minus vehementes exortae sunt. Interdum reminiscentia restituta est, et iis dilucidis intervallis levis coma adfuit. Trismus modo in eodem gradu duravit. Nunc balnea calida et frigida superfusiones adhiberi, brachia et crura sinapismis involvi, cervici emplastrum vesicatorium mponi jussi. Excrementorum magna multitudo saepe ejecta est, et hora vespertina quinta circiter dolores parturientium excitati sunt, qui majorem vim mox adsequuti septima hora vespertina vesicam ruperunt. Unam post horam caput infantis mediam pelvis aperturam consequutum est. Paroxysmi inferioris gradus binis circiter horis revenerunt. Quum vero post tres horas dolores nimis debiles facti essent, quin eorum opera respici deberet, atque infantis caput maxime tumidum aperturam tertiam adsequutum esset, partus tractionibus aliquot forcipe effectus est.

Ab hoc momento aegrota in syncope concidit et tantum lente revixit. Secundinae post unam horam solutae sunt. Media nocte major quies, conscientia clarior fuit, trismus desistere incepit, atque hora secunda matutina primum viginti horis praeteritis aegrota deglutire potuit: itaque emulsio amygdalarum ei data est. Postea hora circiter sexta rursus systema vasorum et nervorum excitatum est, pulsus singulis minutis centum et viginti fecit pulsationes. Cutis ardens et exarida, quamobrem infusum radicis serpentariae cum liquore ammonii acetici praescriptum est. Hora circiter meridiana sopor continuus et sudor criticus aegrotam cepit; quarto die post maeeusin febris lactea exorta est secretio lactis abundaria; status quos retuli desistere coeperunt.

In hoc casu ars ut parturitionem deficientem sublevaret, mihi perquam opus esse visum est: simul exarma capitis ingens ideo magis hominis operam expetivit, quod facili operatione ne totum organismum vehementer concuteretur non fuit cavendum. Ille casus quam maxime mihi demonstrare videtur, apparatum antiphlogisticum externe adhibitum saepissime faustum morbi eventum efficere.

OBSERVATIO QUINTA.

ANNO MDCCCXXIII.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS.

Morbo rustica quaedam largioris staturae nondum in matrimonium ducta nata undeviginti annos primipara capta est. Menses fuerunt ordinarii, et valetudini bonae inturbatae corporatura corpulenta et compressa maxime favit. Encysi secundum normam ad finem deducta anni supra nominati mense Novembris die vicesimo quinto hora matutina quarta dolores ad partum solventes amnion exorsi erant; aegrota deinde obnubilationem gravedinem capitis et carebariam deploravit, quos leniores casus mox dolores capitis pulsatorii et hora circiter octava convulsiones spasmaticae personanti quiritatione adjuncta exceperunt. Accessiones primum rariores postea singulis horae dimidiis partibus crebriores et vehementiores factae sunt.

Ego quum advenissem hora secunda postmeridiana aegrotam convulsionibus gravioribus contortam adspexi, collega quidam, qui adfuerat, personae medicamentis tenuioribus exceptis adsidue tincturam castorei dederat. Aegrota in opisthotono vehementi jacuit, mentis et sensuum opera plane exstincta; respiratio stertens, vultus fuscus ctr. Exploratio maeeutica aperuit, orificium matricis magnitudinem nummi quinque grossorum adsequutum esse, portionem vaginalem elapsam esse, infantem normalem situm habere, alvum valide extensum et matricem contractionibus gravissimis captam esse.

Primum venae sectio mihi necessaria esse visa est, eaque venae jugularis quum brachia aegrotae crassa pinguiaque venae sectionem facile impedivissent. Praeparationis vix factis accessio nona quinque minutas perdurans aborta est. Venae sectio commode colli superficie priore valde extensa effici

potuit. Unciis circiter viginti quattuor sanguinis emissis vena decem minutas digitis clausa est: tum duodecim unciae sanguinis emissae sunt; casus graviores satis destiterunt. Caput continue aqua frigida superfusum est, simul aegrotae remedium laxans ex scrupulis duobus jalapae cum dimidio scrupulo hydrargyri chlorati mitis compositum infusum est: praeterea clysma incitans est adplicatum. Post unam horam jam exonerationes alvi advenerunt postea iteratae. Dolores ad partum rursus exstiterunt et satis vivacem progressum habuerunt. Mox autem paroxysmus advenit, quo caput ita deorsum retractum est, ut vena quo loco erat incisa rumperetur, quo modo sedecim unciae sanguinis emissae sunt. Dolores ad partum ista accessio minime tetigit, qui inturbati revenerunt: orificium matricis magis magisque amplificatum est; sopor consecutus levis fuit. Denuo post horas duas accessio eclampsiae exstitit cum haemorrhagia quindecim unciarum vena jugulari iterum rupta. Reminiscentia fere plenaria revixit, et indices periculosi plane disapparuerunt. Unam post horam orificium totam suam extensionem habuit, vesica dissiluit et liquore amnii effuso occiput adparens expulsionem incipientem indicavit. Dolores validiores caput accessionibus levioribus hora vespertina sexta et octava praeteritis ad incisuram propulserunt. Paulo post infans mortua enata est. Dimidia horae parte post fetus expulsionem secundinae cum uberiore sanguinis profluvio consequutae sunt.

Nihil in enixa quod sit memorandum digni vidi, nisi quod omnino fere exhausta erat. Puerperium nulla re turbatum est et post decem dies personam in sanitatem restitutam esse pro certo habui.

In hoc casu dubitari non potuit, quin tantum quantum erat sanguinis emissum multum mihi emolumenti praebuit.

OBSERVATIO SEXTA.

ANNO MENSE MARTIS MDCCCXXV.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS.

Uxor quaedam plethorica annos viginti quattuor nata validissima et vigens ab anno aetatis sedecim menses primum cum ventris et regionis sacrae doloribus, tum vero normales habuerat. Abhinc duos annos erat in matrimonium ducta et bona valetudine semper fructa erat.

Primo Junii die anni MDCCCXXIV primum se gravidam esse sensit. Per encysin multifariis molestiis vexata est, quae ultimis mensibus et in fervoribus congestionibusque et in intumescentia vultus lymphatica et in agrypnia magnaque anxietate repetitae sunt. Inter hoc tempus venae sectio bis facta est, alvusque magnesia sulphurica satis laxa.

Die secundo ante maeeusin haec symptomata adparuerunt: stupor, carabaresis, vicissim conscientia sui exstincta, photopsia, interdum dyopsia cum rigidis oculis, tremor artuum, gravitas in pedibus quasi plumbea, dolor constringens in praecordiis, tegumentum albulum in lingua tumida, fere immobili. Sanguinis sedecim unciis emissis accessiones satis destiterunt. Patiens tum solutionem tartari stibiati grana quattuor in refracta dosi sumsit, quod remedium intra viginti quattuor horas effecit, ut aegrota sexies evomeret et septem sedes haberet.

Proxima nocte bene dormivit et bene se habuit, quae bona valetudo usque ad horam undecimam ante meridiem remansit (die octo Martis). Tum primis doloribus ad partum exortis vehementissimae convulsiones inceperunt et intervallis quartae horae partis intermissis magis magisque accreverunt, ut in tertia accessione cui adveneram, emprosthotonus exsisteret, in quo aegrota mentis suae minime compos et ab omnibus ceteris apoplexiae sanguineae symptomatibus capta est.

In tali rerum periculoso statu utriusque brachii venae secatae sunt eoque modo velociter triginta sanguinis unciae emissae sunt, cujus calor ad alteriorem gradum acutus erat. Tum periculosissimi casus mitigati sunt; etiam posteriores accessiones leniores redditae sunt, quamquam adhuc quoque satis diu locum tenuerunt. Caeterum inter haec intervalla tetanus duravit, conscientia interdum revixit, sopor in somnum mutatus est, caput epithematibus frigidis et infusa gelida aqua tractatum est. Attamen vultus ruberior, carotides valde pulsarunt, pulsus plenus et durus sexaginta pulsationes habuit. Interna remedia propter trismum non data sunt. Quattuor horis post primam venae sectionem iterum quindecim unciae sanguinis ex vena brachiali emissae sunt, quo denuo spasmaticae molestiae mitigatae sunt. Tamen paucis post horis convulsiones auctiore gradu adparuerunt. Vespertina igitur post horam septimam venae tertia sectione effecta decem sanguinis unciae emissae sunt, simulque quindecim sanguisugas collo et parti post aures apposui, item cruribus

sinapismos adplicavi. Abhinc aegrota binis horis tria grana hydrargyri chlorati mitis sumpsit; alvo cataplasmata calida imposita sunt. Post duas horas tetani remissi sunt, itemque sopor dolores ad partum excitati sunt et paroxysmi lenioris gradus longioribus aut brevioribus intervallis iterum adparuerunt. In tutis illis periodis somnus aegrotam delectavit. Hora matutina quinta vesica rupta est et liquore effuso, nullis convulsionibus, post quattuor horas infans enatus est validis ad partum doloribus plena matris conscientia. Discessus hepatis uterini dimidia post horae parte factus est et duo libra sanguinis sunt emissa.

Puerperium nihil memorabile praebuit. Postea femina quinque liberos nullo impedimento peperit.

Nulla re nisi veloci tam multi sanguinis emissione in hoc casu apoplexia letalis averti potuit. Simul ea accessionum et vis lenita est et numerus diminutus: cunctorum paroxysmorum numerus novem fuit.

OBSERVATIO SEPTIMA.

MENSE FEBRUARII MDCCCXXVI.

ECLAMPSIA GRAVIDAE ET PUERPERAE.

Uxor quae morbo affecta est, habuit magnam, gracilem, validam corporaturam, flavum crinem, nervosam indolem: et ab initio mensium quarto decimo aetatis anno fere nullas corporis molestias senserat. Anno vigesimo primum se gravidam esse sensit. Motibus fetus primis animadversis, opinionem sibi ipsi confirmavit, se in parturitione morituram esse; et ab hoc tempore aegritudinem indicavit, quam diligenter describere non posset: inprimis caput affectum est. Eam compluribus molestiis addixit, quibus in taberna fori per totos dies versata se exposuit.

In hebdomade trigesima et altera encysis capitis doloribus acutis vespera eam adgressis, media nocte dormiens paroxysmo convulsivo capta est, ubi tam elatum clamorem fecit, ut conjux suscitaretur. Equidem aegrotam post dimidiam horae partem in coma inveni, quae ad horam matutinam octavam duravit. Tum vero per duas horas somnus tranquillus cum transpiratione universa advenit. Evigilata nihil sibi in mentem revocare potuit, nisi quod vespera priore doloribus capitis affecta accubuisset.

Nocte ego pulsum ab statu normali facile tantum declinantem inveniens ei tantum decem uncias sanguinis ex vena brachiali emisi, clysma aperiens dedi et sinapismos aliquot applicavi. Secundum eam visens eodem die solutionem magnesiae sulphuricae praescripsi. Tertia die, nullo paroxysmo exorto, gravida non modo e lecto exsurrexit, sed etiam ordinarias res familiares tractavit. Magnesia sulphurica et adaptata diaeta prorsus adhibita est.

Initio hebdomadis trigesimae octavae status, quem supra descripsi iteratus est eodem momento, quo mulier mane ex lecto exsurrexerat et alvum erat dejectura. Iterum venae sectio unciarum decem ex vena brachiali instituta est et clysma datum, atque indicatione ad vomitorium adparente, tale vomitorium ex tartaro stibiato praescriptum est. Sed quum vomitorium effectum ederet, alter paroxysmus advenit, quem status soporarius adsequutus est. Hoc tempore praeterito aegrota conscientiam plenam recepit, et deinde emeticum emetocatharticum effectum edidit: inprimis moles crudorum ciborum ejecta est quibus die antea usa fuerat. Actio matricis per hunc statum debili tantum gradu sentiebatur, et in exploratione interna adparuit: orificium matricis adhuc clausum esse et portionem vaginalem paene elapsam esse. Noctem posteriorem aegrota maxime tranquillam experta et multo somno fructa est; sed lassitudine magna capta erat. Magnesia sulphurica et aqua lauro-cerasi adhibita postaliquot dies aegritudinis omne vestigium evanuit. Ipsa magis quam prius erat hilaris et ea perniciosa fides, in puerperio sibi fore moriendum tota repressa est. Attamen domo exire ei minime licebat, quoniam quoque die maeeusin exspectabat.

Duodecimo die post ultimas accessiones eclampsiae primi ad partum dolores exorsi sunt, atque apocyesis viginti quinque horis normali modo sanguinis mediocri cum emissione effecta est. Sed quattuor horis post apocyesin, dum aegrota in leni somno quiescit, graviores convulsiones accesserunt cum elato clamore. Accessiones per horas iteratae sunt vi fere cum inaudita duas minutas durantes et finitae sunt in soporem, qui ad proximum paroxysmum duravit. Praeceptum: venae sectio quindecim unciarum, decem sanguisugae in collum et cervicem, vesica glacie impleta in caput, cataplasma in abdomen et genitalia. Interdum remedium hydrargyrum chloratum mite per horam tria grana pro dosi. Post quattuor horas ex vena brachiali etiam decem unciae sanguinis emissae sunt. Quum vero duas post ultimam venae sectionem acces-

siones eodem modo perdurarent, indicatio vero ad alteram emissionem sanguinis non adesset, moschus vicissim cum hydrargyro chlorato miti per horam duo grana data et sinapismi cruribus adplicati sunt, qui saepius adhibiti sunt. Octo granis moschi peresis accessio ulla non revenit, quarum undecim fuerant. Statim quoque sopor in naturalem et quietum somnum commutatus est, in quo sudor criticus emanavit; sedes quoque complures hydrargyro chlorato miti effectae sunt. Itaque hydrargyrum chloratum mite tunc omissum est, moschi autem quater pro hora unum granum adhibitum est.

Puerperium lentum sed laetum eventum habuit: lactis secretio satis tarde advenit sed perfecto modo. Dies vicesimus unus aegrotam plane sanatam fecit. Postea illa octies peperit, sed nihil in ulla posteriori maeeusi convulsionum sensit nullumque valetudinis impedimentum experta est.

In hoc casu sanguinis emissiones et sedes validum effectum habuerunt atque certe id adduxerunt, ut terminus natura encysi positus compleretur. Etiam moschus saluberrimus nominandus est.

OBSERVATIO OCTAVA.

MENSE APRILIS MDCCCXXVII.

ECLAMPSIA PARTURIENTIS.

Octava earum eclampsia dolentium quae a me curatae sunt, mulier fuit in matrimonium ducta, sana, gracili et bene constituta, primipara, triginta quattuor annos nata. Rure vitam degit, irritabile habuit temperamentum musculos debiles, atque ultimo graviditatis spatio satis eorum prodromorum senserat, qui eclampsiae praecedere solent; inprimis dolorem vehementem et comprimentem in regione sacra. Die qui ab ea erat praedicta apocyseos die secunda Junii hora matutina quarta post somnum quietum primi ad partum dolores accesserunt, qui ut primum exorsi sunt, maximos dolores adtulerunt. Ista dolorum ad partum vexatio usque ad medium secundae pariendi periodi tempus talem vehementiam adsequuta est, ut denique in eclampsiae insultum transgrederetur.

Hora circiter decima ante meridiem aegrotam sibi plane conscientem inveni; vultus erat lividus, nullus calor in capite, pulsus parvus, celer, durus. Ipsa mihi quae passa esset cum magno deploratu et vagitu enarravit. Acces-

siones vero, quarum decem passa erat, plane ignoravit, id quod facile fuit intellectu, quum ante singulas accessiones conscientiam perdidisset, et post eam subito ut ex arctiore somno exsuscitata esset. Accessiones inordinario modo exortae sunt, duas ad quattuor minutas perdurantes, intervallis quae quartam horae tertiam ad totam horam durabant intermissis; paroxysmi modo leniores modo vehementiores fuerunt.

Itam im primo insultu pariendi actio debilitata fuit, et omni paroxysmo debilis ad partum dolor praecessit; genitalia valde intumuerant, sensibilia, calida et orificium uteri apertum in ea, quam habet nummus duorum thalerorum, magnitudine rigidissimum.

Praeceptum: venae sectio in vena brachiali ad sanguinis emissionem unciarum decem; aqua lauro-cerasi primum triginta ad quadraginta guttae singulis horae dimidiis partibus postea rariores minoresque doses; hydrargyri chlorati mitis grana quinque, extracti hyoscyami granum, binis horis; clysmata evacuantia, injectiones in vaginam; extractum belladonnae in forma unguenti in orificio matricis positum, cataplasmata calida abdomini et genitalibus imposita. — Aliquot post horas idem status. Lavacrum pedum incitans genua usque protegens adhibitum est; in utroque pede vena secata est, et sanguinis unciae duodecim emissae. — Hora postmeridiana quarta. Sedes affatim accesserant; paroxysmi rariores advenerunt et debiliores: modo vehemens iste in dorsi spina dolor duravit. Itaque cucurbitulae triginta secundum columnam vertebralem impositae et operatione perfecta dorsum cataplasmatibus calidis coopertum; epispastica extremitatibus adplicata sunt. — Hora vespertina septima. Dolores ad partum redintegrati sunt, dolor, qui dorsi spinam tenuerat plane remissus, et horis duabus post (hora nona) in accessione undevicesima liquor amnii defluxit: inde nulla iterum accessio.

Pariendi actio vivacior facta est et hora circiter prima mediae noctis natura vehementer operata infans viva septem pondera gravis, caput prorsus ejecta est. Placenta mediocri haemorrhagia post decem minutas soluta est. Intra puerperium complures turbationes accesserunt, quae universae nullius fuerunt momenti. Gravius fuit, quod lactis secretio non accessit et omnia eam excitantia remedia effectum ullum non habuerunt.

In hoc casu non fuit ignorandum, inprimis medullae nervorum systema primariam affectionem effecisse. Ea quae in hac re adparuerunt satis demon-

strarunt, nullam vehementiorem incitationem systematis nervorum in ullam viam progredi posse, quin simul ceteras omnes nervorum partes in sympathesin adduceret. Impetus in paroxysmo in systemate ganglioso exorsus est et denique cerebrum affecit.

PROSPECTUS HARUM OBSERVATIONUM.

Illae quarum dolores convulsivos supra descripsi mulieres aetatem undeviginti ad viginti quattuor annorum habuerunt. Quattuor in urbe, quattuor rure vitam degere consueverunt; sex in matrimonio vixerunt, ceterae in nullo: item sex primiparae fuerunt, duae plures partus habuerant. Omnes sanae fuerunt, robustae, validae; nulla convulsionibus antea doluerat. Omnes finem gestationis naturalem expertae sunt, quo tempore in una earum eclampsia bis exorsa est sex interjectis hebdomadibus: partus in hoc casu normalem habuit exitum nullis convulsionibus; sed convulsiones horis quattuor post partum accesserunt. Septies eclampsia in parientibus exorsa est et in tribus casibus etiam post apocysin duravit. In septem casibus communes prodromi antecesserunt. Sex illarum septem personarum capitis doloribus vexatae sunt, duae praecordii, una dorsi dolore. Tantum semel eclampsia nullis prodromis advenit. In iis septem casibus aegritudo ter post dolorem primum ad partum erupit et quater in periodis duobus primis. Omnes mulieres convulsiones intra mediam noctem et meridiem exorsae sunt, nunquam intra meridiem et mediam noctem. In iis octo casibus novem infantes parti sunt, quinque naturae, quattuor artis opera; duo situm abnormalem habuerunt, unus pedes protulit, sex caput. Duo mortui, sex vivi fuerunt, quorum unus compluribus horis post partum mortuus est. Modo una mulier succubuit, ceterae methodo antiphlogistica servatae sunt. In uno casu lactis secretio locum non habuit; lochia convulsionibus mediocriter vel minime adfecta sunt. Summus paroxysmorum numerus triginta quinque fuit, minimus novem. Summa multitudo sanguinis emissio sexaginta septem uncias tenuit, infima viginti duas.